



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

Ixxxii. Ad fluxiones capitii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Si venari nolit.*

**Q**Vindecim dies in locum obscurum includito, ubi lucem non videat, nisi ad comedendum. Cibi tertiam partem illi detrahito, postea ad venationem emitto.

*Ad fluxiones capitis.*

**S**I accipiter capit is fluxionibus laborat, ita cognosces. Oculi ipsius lachrymant. hoc medicamento auxiliabere. Piperis albi triginta grana. costum, folium, spicam Indicam, pediculariam, crocum pari pondere. omnia quidem instar triginta granorum piperis ponderantia contundito, hisq. illius palatum defricato cum vino bono. postea mel fumo nō infectū sumito, eoq. per pinnam palatum linito. ex superiori compositione rursus inspergit, & quam mox eius nares tuo ore fugito, ut medicamentū sursum perueniat. Hæc ubi feceris, in sole ipsum duas horas collocato, & cum excrementa reddiderit, illum ex sole tollito, & vini boni paulum ex ore tuo in os illius infundito: post duas horas ipsum vocato: dato ipsi vel columbinum pullum, vel murem, & sanus fiet. Si in eius oculis velut lenticulæ quædam appareant, & ipse oculis hallucinantibus sedeat, ita ipsum

X

vindicabis. Lac mulieris nutrientis masculum in eius oculos instillato, & mox sanus fiet. Vel costum, folium, thus masculum, mastichen, laser Iudaicum, piper, nardum spicam, caryophyllum, crocum, sandaram, pediculariam, paribus portionibus contundito, cibrato, hisque eius palatum confricato, & sanitatem recipiet.

*Si suas pinnas rodit.*

**S**pumam nitri inferuefactam, & cimices quinque tritas ex carne dabis accipitris cibatui per triduum.

*Si velis experiri an infirmus  
accipiter viuat.*

**Q**UOTIDIE IPSI DABIS BUTYRUM, OLEUM HISPANICUM VEL ROSACEUM CUM CORDE BUBULO, & SI EXCREMENTA REDDIDERIT, VIUET: SIN REIJCET, PULLUM COLUMBINUM PER TREIS DIES IPSI DABIS: SI EXCREMENTA REDDET, SANABITUR.

*Ad intestina.*

**B**UTYRUM CUM MELLE MISTUM IN CARNES. BINSPIRSUM FREQUENTER IPSI DABIS, & SANABITUR.

